

*latione mutua conferatis quicquid ad exaltationem sanctae Dei ecclesiae p) vel ad stabilitatem honoris vestri vel patriciatu nostrri firmitatem necessarium intellexeretis.*

- 45 *Sicut enim cum beatissimo patre praedecessore vestro, sanctae paternitatis pactum inii q), sic cum beatitudine vestra eiusdem fidei et caritatis inviolabile foedus statuere desidero; quatenus, apostolicae sanctitatis vestrae divina gratia advocata precibus, me ubique apostolica benedictio consequatur, et sanctissima Romanae ecclesiae sedes Deo donante nostra semper devotione defendatur.*
- 50 *Nostrum est: secundum auxilium divinae pietatis sanctam undique Christi ecclesiam ab incursu paganorum et ab infidelium devastatione armis defendere r) foris, et intus catholicae fidei agnitione munire. Vestrum est, sanctissime pater: elevatis ad Deum cum Moyse manibus nostram adjuvare militiam, quatenus vobis intercedentibus Deo ductore et datore populus christianus*
- 55 *super inimicos sui sancti nominis ubique semper habeat victoriam, et nomen domini nostri Iesu Christi toto clarificetur in orbe s). Vestrae vero auctoritatis prudentia canonicis ubique inhereat sanctionibus et sanctorum statuta patrum semper sequatur; quatenus totius sanctitatis exempla omnibus evidenter in vestra fulgeant conversatione, et sanctae admonitionis exhortatio t)*
- 60 *audiatur ab ore; quatenus luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum, qui in caelis est.*

*Omnipotens Deus vestrae auctoritatis beatitudinem ad sanctae suae ecclesiae exaltationem u) per multa annorum curricula incolomen conservare dignetur.*

Die auf Grund handschriftlicher Befunde aufgestellte Vermutung S i c k e l s hat damit bei drei Briefen Karls des Großen von sach- und stilkritischer Seite eine Bestätigung erfahren, und man wird nunmehr kaum noch ernsthaft an ihrer Konzipierung durch Alcuin zweifeln können. Die Interpretation dieser Briefe kann jetzt nicht mehr unter den gleichen Gesichtspunkten erfolgen wie bisher.

p) Vgl. Anmerkung e.

q) a. a. O. 40/Z. 32: ... *p a c t u m caritatis tecum in i v i* ...

r) a. a. O. 336/Z. 20 ff.: *Vestra vero sancta voluntas atque a Deo ordinata potestas catholicam atque apostolicam fidem ubique defendat; ac veluti armis imperium christianum fortiter dilatare laborat, ita et apostolicae fidei veritatem defendere, docere, et propagare studeat.*

s) a. a. O. 294/Z. 16 ff.: ... *ut solus Deus et dominus noster I e s u s C h r i s t u s credatur, colatur, atque ametur. Vestra clarissima potestas et sanctissima voluntas in hoc omni labore studio, ut C h r i s t i n o m e n clarificetur in orbe.*

t) a. a. O. 116/Z. 13: ... *s a n c t i s a m m o n i t i o n i b u s* ...

u) Vgl. Anmerkung e.